Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cronica von den Hertzogen von Zäringen - Cod. Karlsruhe 643

Sattler, Johann

[S. l.], 1514

Eingeklebte Blätter

urn:nbn:de:bsz:31-132726

Visual Library

Ao. 1562. den 23. Decemb. ist die
Kaiserlichen Mayestat Ferdinand
am Abent umb die 4 Uhrn
allhier zu Freyburg eingeritten
und hatt sein herrn Michael
Böcklin von Böcklinsau ge-
hörter Thumbrobst zu Magde-
burg den wagen und seinem
Volk in der Mauer bey der
langen Brücken Kraitz angefan-
gen, und hatt in Herr Michael
Böcklins Hauss eingekehrt, und
hatt sein Kirchen zu Barfü-
ßern gehabt. Ist auch
ein Gang uss Herr Michael
Hauss zu den Barfüßern
und den Lettner gemacht
worden, uff dem Lettner ein
Stüblein, damit er die Kirchen
besucht hat.

Anno 1563 den 7 Jenner ist die
Röm: Kais: Mayst. Ferdinandus
Ihr widerumb von Freyburg ab- 9 und 10. Uhr
geschieden und nacher Costanz
verreist.

d. 29. Octob. Anno 1567 ist Ihr durchl.
Erzherzog Ferdinand zu Österreich
zu Freyburg ingeritten, und
ist in des Juncker Stürzel seligen
Hauss ingekehrt, wider hinweg den
6 Novemb. Ao. 1567.

71

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Joannes Sattler Ecclesiae Parochialis Deiparae Mariae inte- Deifere

Joannes Sattler Ecclesiæ Parochialis Deiparæ Mariæ inte- Deiferæ
meratæ Friburgensium Sacellanus honorabili facundo-
que viro Magistro Udalrico Wirtner quondam ~~Prothono-~~ [protractori] Graphi-
tario Scabinorum, deinque Supremo Sacræ Ædis " Procura- sphenibus
tori Solicito, Domino suo Colendo S. P. D.

Non immemor (. eloquens vir .) cum tua humanitate disponente
singulari quodam favore ad huius incliti oppidi non-
nullos gubernatores principaliores prandij sumptionis
causâ invitatus essem, inter prandendum, quæ de nomi-
nati oppidi fundatorum, Ducum scilicet de Zäringen,
origine, vita, moribus, actibus, operationibus, dura-
tione, ac de huius ergastuli exitu desiderantur, et hesita-
ego, quæ quondam in historiis diversis lecta [occurrebant] " patefeci, retur
qua occasione tua præstantia (. quæ aliàs in Basili-
ca ...... fabrica aliisque tibi creditis præ cunctis præ-
decessoribus magis sollicita comprobatur .) pulsa-
bat indignum clientem, ortum, acta et gesta præ-
tactorum principum pro posse in perpetuam rei memo-
riam comportare, suspenso iam dudum animo studui
utcunque grato respondere labore, subiens igitur eò
fateor inconsultius, quo minùs idoneus visus de hiis lu-
cubrationibus, qualescunque sint (. ob tuas in mortales
beneficentias, cumque te proponente ad Sancti Petri
Prælati petitionem Sacerdotiolum hic consecutus sum
tu etiam, qui in quadragesima proxime præterita me in
.... prædicatę præ cæteris mortalib⁹ laboribus et curis me-
is compatiens una cum coniuge tua honestissima pretio-
sissimo vino tuo, malfesito videlicet bis laute pastus,
recreatus, deperditisque viribus restauratus, pro qui-

73

bus aliisque beneficiis te dum et praeceptorem incredibili a
more amplexus sum) te participem facere, non quidem
ut me idoneum existimarem, sed ut caeteri omnes in-
telligerent amoris erga te veri tantam fuisse vim, ut
nihil tibi negare possem. Solent enim edita aliqua o-
pera probatissimum virum, cui ea destinari possint,
eligere, ut ab ipso quasi perpetuam vitam, id est, famam
accipiant. Quare cum nemo quam tu huic rei magis con-
veniens mihi visus esset, quem huiusmodi delectarem
lucubratione, ad te potissimum fugi hac epistola huius
operis solerti cura et labore collecti, censorem te
constituens aeternum, siquid inconcinnum ineruditumve
inveneris, hoc meo imbecilli studio attribues. Fateor
quidem, et Deum meum testor, me visis diversis histo-
riciis non falsa proposuisse; cum nihil tam contrarium
sit historiae quam mendacium in historiis: vera series sum-
mopere ab omnibus quaerenda est. Accipies igitur lae-
ta fronte collecturam de fundatorum huius oppidi
exordio et calce tuo nomini dicatam; quam cum le-
geris, tuis confoederatoribus, heris meis venerandis ac fa-
vorabilibus adservandum pro filiis filiorum suorum
comunicare digneris. Non vereor, quin – conviviales
les occupationes delectet, quibus me totum trado
atque perpetuo tuendum devotissime committo.
Ex aedibus meis nono Kl. Junij anno incarnatae salutis
Millesimo quingentesimo decimo quarto.

[library stamp]

BLB

K643, 75

{Clarissimi} Conclusio operis

Quia igitur {charissimi Senatores! oppidum vestrum inclitum in hiis, quæ ad eiusdem attinent felicitatem, plurimum excellere videtur, et præ multis civitatibus habundare templis, sacellis, xenodochiis, Monasteriis, gymnasio floridissimo, viris in omni facultate doctissimis, magnificis ædificiis, pulchris stratis et plateis, ripa decurrente ornatum, fossatum turribus, Suburbiis, artium præstantia, ingeniorum claritate, salubritate cœli, aeris temperie, benignorum ventorum afflatu, pascuis, pratis, viridariis, prædiis, pagis, frugibus, vino, fructibus, foro denique piscario pro tempore excellenti, quibus omnibus si oppidum hoc vestrum ..... multum augustius et non ad delitias, sed ad honestam sui consolationem usum fuit, Deo /. à quo hæc omnia recepit./ gratias agens, religione et præceptorum suorum observatione, tunc Deus ipse vestræ Reipublicæ vigilantissimus erit custos, vobisque propitius est futurus, et clementissima sua Mater Domina nostra filium suum vobis placabilem facilius est reditura; neque enim Mater pro eis intercedit, qui filij sui voluntati adversantur et ipsa contemnunt. Ut ergo tum filium tum Matrem præcipuam et prædilectam Patronam nostram sentiatis exorabilem, filios vestros litteris et virtutibꝰ tradite, à voluptatibus lethiferis cum ipso mortali corpore perituris, à comessationibus vos ipsos et liberos vestros cohibete, frugalitatem, parsimoniam, humilitatem, modestiam, mansuetudinem amatote, divinasque leges implere satagite; tum Mater Domini nostri populum oppidumque vestrum suis alis suisque precibus tutabunt.

Hæc vestris gravissimis circumspectionibus ex diversis historicis collegi, vestro æquissimo iuditio subiiciens castiganda. Nec eo animo vestræ Humanitates accipiant, tanquam

75

prudentiſsimos vos Dominos erudire velim (: à quo mea maxima eſset imprudentia :) ſi, ut in te germanam fidem ferventiſsimumque meum in veſtram rempublicam et oppidum .... paterna et recta linea propagationis traxi originem affectum cognoſcat... etiam ad filios et nepotes veſtros, qui forſitan in teneris annis hæc audituri aut lecturi ſunt, ſentient viri tandem et adulti, nihil ſibi detrimenti allatura, cum prudentis Magiſtratus eſt omnia memoratu digna in civitate, in patria, in imperio geſta examuſsim añalibus demandare, ac ſic per monumenta litterarum ad poſteritatis notitiam transferre, ut patres ea nota faciant filiis ſuis, et ut cognoſcat generatio altera, multum id ad gloriam, ad utilitatem, ad exornandos juventutum animos, ad futurorum eventuum coniecturam, ad deliberationis fundamentum, ad conſervanda jura, ad confutandas iniuſtas futuræ ætatis actiones aut querelas, ad libertatem tuendam, ad manutenenda privilegia à fundatoribus data et confirmata, ad oppidi et reipublicæ ſalutem, ad totius familiæ laudem et honorem, ad fidei robur, ad æternam vitam facilius aſsequendam, quam nobis omnibus Rectoribus et rectis præſtare dignetur, qui vivit per ſæcula cuncta. Amen.

[library stamp]